

23rd Sydney Latin Summer School, 2017



University of Sydney, January 16-20, 2017

Level 4ii

First Century Geographical Texts

Instructor: Susan Ford

LSS 2017 Level 4A.2

A trip round the world courtesy of Mela and Pliny

Pomponius Mela wrote the short work *De Chorographia* (description of the world) in AD43 in what James Romer at least calls a 'pleasing and graceful style'. In this course we will enjoy the style but focus most on the content. Pliny the Elder's *Naturalis Historia* (AD 77), written in slightly more complex and interesting Latin, is an encyclopaedia in 37 books. It was completed in AD 77, two years before Pliny died in the eruption of Vesuvius in 79. We will read some selections from the geographical part (books 2 to 6).

Mela's *Chorographia* outlines the whole known world in three sequences: the southern coast of the Mediterranean starting from the Pillars of Hercules (book 1); the northern coast of the Mediterranean (book 2); and the 'outer sea' coast (book 3). It does not record an actual voyage. This rather strange (but logical?) ordering material is in fact a way which reflects the then centuries old tradition of the 'periplus' (a 'sailing around', therefore an account of a coasting voyage or instructions for one).

The *Chorographia* opens with the words *orbis situm dicere aggredior* 'I am going to give a description of the world', instantly giving us two key words, *orbis* 'the world' and *situs* 'arrangement' / 'structure'. Mela himself will happily be our first guide to the special language involved in describing the world: not so much unheard of words, as words used with special technical meaning eg. *legere* 'make a coasting voyage', *pars, partis* 'direction' (Latin having, as languages go, a not very large lexicon.)

Book 1 of Pliny the Elder's *Naturalis Historia* consists only of a dedicatory preface to the future emperor Titus (a masterpiece of ironic self deprecation) and a very long table of contents, including a huge number of names of sources. The other 36 books form an encyclopaedic account of the Roman world and every animal, vegetable, and mineral in it.

The *NH* is still not in fashion as a text for schools and universities (Why not? Is there not scientific and historical interest enough?), but in the last 30 years there has at least been increasing attention from scholars toward a more serious critical appraisal of his material as scientific description.

Our aim as we read will be to take both writers at their word, and adjust our mental model of the world to theirs. (By the by, neither writer was a flat-earther, so that that is one adjustment we do not have to make). A particular question to ask yourself about both writers is whether some or all of their description of the world was 'read off' a map.

All welcome!

Bibliography

- Mary Beagon *Roman nature: The thought of Pliny the Elder*. Oxford: Oxford Univ. Press. 1992. (Very important new thinking on the 'Natura' theme of the *NH*.)
- John F. Healy *Pliny the Elder on science and technology*. OUP. 1999. (Introductory chapter has a handy summary of Pliny's life and the context of the *NH*)
- John F. Healy *Pliny Selections*. Penguin. 1991.
- Trevor Murphy *Pliny the Elder's Natural history: The Empire in the encyclopedia*. OUP. 2004. (Another very important book on how to read the *NH*.)
- F. E. Romer *Pomponius Mela's Description of the world*. Ann Arbor. University of Michigan Press. 1998.
- Andrew Wallace-Hadrill 'Pliny the Elder and man's unnatural history' *Greece and Rome* 1 (1990): 80–96. (Was Pliny doing environmental history?)

Monday

Mela – general description of the world (*Chorographia*, Book 1)

[1] Orbis situm dicere aggredior, impeditum opus et facundiae minime capax - constat enim fere gentium locorumque nominibus et eorum perplexo satis ordine, quem persequi longa est magis quam benigna materia - verum aspici tamen cognoscique dignissimum, et quod, si non ope ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione pretium operae attendentium absolvat.

[2] Dicam autem alias plura et exactius, nunc ut quaeque erunt clarissima et strictim. Ac primo quidem quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo sint atque habitentur expediam, deinde rursus oras omnium et litora ut intra extraque sunt, atque ut ea subit ac circumluit pelagus, additis quae in natura regionum incolarumque memoranda sunt. Id quo facilius sciri possit atque accipi, paulo altius summa repetetur.

[3] Omne igitur hoc, quidquid est cui mundi caelique nomen indidimus, unum id est et uno ambitu se cunctaque amplectitur. Partibus differt; unde sol oritur oriens nuncupatur aut ortus, quo demergitur occidens vel occasus, qua decurrit meridies, ab adversa parte septentrio.

[4] Huius medio terra sublimis cingitur undique mari, eodemque in duo latera quae hemisphaeria nominant ab oriente divisa ad occasum zonis quinque distinguitur. Mediam aestus infestat, frigus ultimas; reliquae habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situs ob ardorem intercedentis plagae incognitus, huius dicendus est.

[5] Haec ergo ab ortu porrecta ad occasum, et quia sic iacet aliquanto quam ubi latissima est longior, ambitur omnis oceano, quattuorque ex eo maria recipit; unum a septentrione, a meridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa referentur.

[6] Hoc primum angustum nec amplius decem milibus passuum patens terras aperit atque intrat. Tum longe lateque diffusum abigit vaste cedentia litora, iisdemque ex diverso prope coeuntibus adeo in artum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus sed modice admodum laxat, rursusque etiam quam fuit artius exit in spatium. Quo cum est acceptum, ingens iterum et magno et paludi ceterum exiguo ore coniungitur. Id omne qua venit quaque dispergitur uno vocabulo Nostrum mare dicitur.

...

[24] Haec summa nostri orbis, hae maximae partes, hae formae gentesque partium. Nunc exactius oras situsque dicturo inde est commodissimum incipere unde terras Nostrum pelagus ingreditur, et ab his potissimum quae influenti dextra sunt; deinde stringere litora ordine quo iacent, peragratisque omnibus quae id mare attingunt legere etiam illa quae cingit oceanus; donec cursus incepti operis, intra extraque circumvectus orbem, illuc unde coeperit redeat.

Tuesday

Mela on Britain, Ireland, Thule (*Chorographia*, Book 3)

[49] Britannia qualis sit qualesque progneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clausam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante se verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat. [50] ceterum ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemque proiecta grandi angulo Rheni ostia prospicit, dein obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam altero Germaniam spectans, tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergore abducta iterum se in diversos angulos cuneat triquetra et Siciliae maxime similis, plana ingens fecunda, verum iis quae pecora quam homines benignius alant.

[51] Fert nemora saltusque, ac praegrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus modo retro fluentia et quaedam gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum, sed sunt inculti omnes, atque ut longius a continenti absunt ita magis aliarum opum ignari, tantum pecore ac finibus dites, - incertum ob decorem an quid aliud - vitro corpora infecti.

[52] Causas tamen bellorum et bella contrahunt ac se frequenter invicem infestant, maxime inperitandi cupidine studioque ea prolatandi quae possident. Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus Gallice armatis: covinnos vocant, quorum falcatis axibus utuntur.

[53] Super Britanniam Iuerna est paene par spatio, sed utrimque aequali tractu litorum oblonga, caeli ad maturanda semina iniqui, verum adeo luxuriosa herbis non laetis modo sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, et nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores eius inconditi sunt et omnium virtutum ignari <magis> quam aliae gentes [aliquatenus tamen gnari], pietatis admodum expertes.

[54] Triginta sunt Orcades angustis inter se diductae spatiis, septem Haemodae contra Germaniam vectae. In illo sinu quem Codanum diximus ex iis Scadinavia, quam adhuc Teutoni tenent, et ut fecunditate alias ita magnitudine antestat.

...

[57] Thyle Belcarum litori adposita est, Graeis et nostris celebrata carminibus. In ea, quod ibi sol longe occasurus exsurgit, breves utique noctes sunt, sed per hiemem sicut aliubi obscurae, aestate lucidae, quod per id tempus iam se altius evehens, quamquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima inlustrat, per solstitium vero nullae, quod tum iam manifestior non fulgorem modo sed sui quoque partem maximam ostentat

Wednesday

Pliny on the structure of the universe (*NH*, Book 2)

[5] Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse nomen in primis et consensus in eo mortalium orbem appellantium, sed et argumenta rerum docent, non solum quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese ac sibi ipsa toleranda est seque includit et continet nullarum egens compagium nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde verti mox adparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione, quod convexu mediusque quacumque cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.

[6] Hanc ergo formam eius aeterno et inrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quattuor horarum spatio circumagi solis exortus et occasus haut dubium reliquere. an sit immensus et ideo sensum aurium excedens tantae molis rotatae vertigine adsidua sonitus, non equidem facile dixerim, non, Hercule, magis quam circumactorum simul tinnitus siderum suosque volventium orbis an dulcis quidam et incredibili suavitate concentus. nobis qui intus agimus iuxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus. [7] Esse innumeras ei effigies animalium rerumque cunctarum inpressas nec, ut in volucrum notamus ovis, levitate continua lubricum corpus, quod clarissimi auctores dixere, terrenorum argumentis indicatur, quoniam inde deciduis rerum omnium seminibus innumerae, in mari praecipue ac plerumque confusis monstrificae, gignantur effigies, praeterea visus probatione, alibi ursi, tauri alibi, alibi litterae figura, candidiore medio per verticem circulo.

...

[161] Reasoning on sphericity of the Earth

Ingens hic pugna litterarum contraque vulgi, circumfundi terrae undique homines conversisque inter se pedibus stare, et cunctis similem esse verticem, simili modo et quacumque parte media calcari, illo quaerente, cur non decidant contra siti, tamquam non ratio praesto sit, ut nos non decidere mirentur illi. intervenit sententia quamvis indocili probabilis turbae, inaequali globo, ut si sit figura pineae nucis, nihilo minus terram undique incolli.

Thursday

Pliny – extent of known world, who made the discoveries (*NH*, Book 2)

[167] A Gadibus columnisque Herculis Hispaniae et Galliarum circuitu totus hodie navigatur occidentis. septentrionalis vero oceanus maiore ex parte navigatus est, auspiciis Divi Augusti Germaniam classe circumvecta ad Cimbrorum promunturium et inde immenso mari prospecto aut fama cognito Scythicam ad plagam et umore nimio rigentia. propter quod minime verisimile est illic maria deficere, ubi umoris vis superet. iuxta vero ab ortu ex Indico mari sub eodem sidere pars tota vergens in Caspium mare pernavigata est Macedonum armis Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui et Seleucida et Antiochida ab ipsis appellari voluere.

[168] Et circa Caspium multa oceani litora explorata parvoque brevius quam totus hinc aut illinc septentrio eremigatus, ut iam coniecturae locum sic quoque non relinquat ingens argumentum paludis Maeoticae, sive ea illius oceani sinus est, ut multos adverte credidisse, sive angusto discreti situ restagnatio. alio latere Gadium ab eodem occidente magna pars meridiani sinus ambitu Mauretaniae navigatur hodie. maiorem quidem eius partem et orientis victoriae Magni Alexandri lustravere usque in Arabicum sinum, in quo res gerente C. Caesare Augusti filio signa navium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur agnita.

[169] Et Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus a Gadibus ad finem Arabiae navigationem eam prodidit scripto, sicut ad extera Europae noscenda missus eodem tempore Himilco. praeterea Nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regum fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum, multoque ante eum Caelius Antipater vidisse se qui navigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia.

[170] Idem Nepos de septentrionali circuitu tradit Quinto Metello Celeri, Afrani in consulatu collegae, sed tum Galliae proconsuli, Indos a rege Sueborum dono datos, qui ex India commercii causa navigantes tempestatibus essent in Germaniam abrepti. sic maria circumfusa undique dividuo globo partem orbis auferunt nobis, nec inde huc nec hinc illo pervio tractu. quae contemplatio apta detegendae mortalium vanitati poscere videtur, ut totum hoc, quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subiectum oculis quantum sit ostendam.

Friday

Pliny on Sri Lanka (*NH*, Book 6)

[81] Taprobanen alterum orbem terrarum esse diu existimatum est Antichthonum appellatione. ut insulam liqueret esse Alexandri Magni aetas resque praestitere. Onesicritus, classis eius praefectus, elephantus ibi maiores bellicosioresque quam in India gigni scripsit, Megasthenes flumine dividi, incolasque Palaeogonos appellari, auri margaritarumque grandium fertiliores quam Indos. Eratosthenes et mensuram prodidit, longitudinis VII stadium, latitudinis V, nec urbes esse, sed vicos DCCL.

[82] Incipit ab Eoo mari inter ortum occasumque solis Indiae praetenta et quondam credita XX dierum navigatione a Prasiana gente distare, mox, quia papyraceis navibus armamentisque Nili peteretur, ad nostrarum navium cursus VII dierum intervallo taxata. mare interest vadosum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis canalibus ita profundum, ut nullae anchorae sidant. ob id navibus utrimque prorae, ne per angustias alvei circumagi sit necesse; magnitudo ad terna milia amphorum.

An interesting mode of navigation

[83] Siderum in navigando nulla observatio; septentrio non cernitur. volucres secum vehunt emittentes saepius meatumque earum terram petentium comitantur. nec plus quaternis mensibus anno navigant. cavent a solstitio maxime centum dies, tunc illo mari hiberno.

Sri Lankans in Rome – trade, diplomacy, language

[84] Hactenus a priscis memorata. nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit legatis etiam ex ea insula advectis. id accidit hoc modo. Anni Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat, libertus circa Arabiam navigans aquilonibus raptus praeter Carmaniam, XV die Hippuros portum eius invecus, hospitali regis clementia sex mensum tempore inbutus adloquio percunctanti postea narravit Romanos et Caesarem.

...

A remarkable left-right observation

[87] . . . sed maxime mirum iis erat umbras suas in nostrum caelum cadere, non in suum, solemque a laeva oriri et in dexteram occidere potius quam e diverso.

Observations on Sri Lankan life

[89] Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem a natura relegata, nostris vitiis caret. aurum argentumque et ibi in pretio; marmor testudini simile, margaritae gemmaeque in

honore; multo praestantior est totus luxuriae nostrae cumulus. ipsorum opes maiores esse dicebant, sed apud nos opulentiae maiorem usum. servum nemini, non in diem aut interdium somnium, aedificia modice ab humo exstantia, annonam numquam augeri, non fora litesve esse, coli Herculem, eligi regem a populo senecta clementiaque, liberos non habentem, et, si postea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. . . . [91] vitam hominum centum annis modicam.